

y no estar siempre dispuesto á comparecer delante de Dios, vigilar sobre sus acciones y sus palabras, y no mortificarse para expiar sus faltas pasadas y satisfacer á la justicia divina, y no multiplicar sus buenas obras y aumentar sus meritos <sup>1</sup>, y no despegarse de todo lo que debe durar tã poco, y no repetir á cada momento la palabra de San Bernardo: Si debiera morir despues de esta confesion, cómo la haria? despues de esta comunión, cómo me dispondria? despues de esta conversacion, cómo hablaria? al final de esta semana, de este mes, cómo me conduciria? Roguemos á Dios que nos haga comprender bien esta gran lección de la muerte, y hacernos deducir las consecuencias practicas propias para la santificación de la Cuaresma <sup>2</sup>, y de nuestra vida entera <sup>3</sup>.

1. Gal. vi, 10. — 2. Hamon, loc. cit. — 3 *Pulvis es et in pulverem reverteris*. Perquam credibile est, quod vulgo fertur et refertur ab eruditissimo sanctæ Scripturæ interprete P. Cornelio Cornelii societatis Jesu, in cap. i. Tren. Turcarum legatum aliquando apud regem Galliæ Parisiis demoratum circa bacchanaliorum tempora; qui cum ad imperatorum suum redisset, rogatus quid novarum rerum spectasset apud Christianos, vidisse se aiebat omnes Christianos toto triduo insanos, adeoque de potestate mentis dejectos per omnes urbium plateas undique circuncursasse: exacto vero triduo illo, omnes modico pulvere super capita eorum asperso ad se rediisse et sanam mentem recipisse. Serione an joco hæc ille quidem dixerit, nescio profecto: eum tamen a vero haud præcul aberrasse reor. Si quis enim bacchantium mores tri lui peracti cnsideret juxta communem appellationem non hominum, sed stultorum et insanorum esse dicet: si deinde hodiernam cinerum cæremoniam et Christianorum repentinam modestiam morumque compositionem aspiciat, fatebitur haud difficile omnes sibi restitutos, pulsaque stultitia resipuisse. Quam quidem metamorphosin non immerito tribuimus, sacris illis cineribus, qui hodierna die benedicuntur et in vertices nostro sparguntur. Hoc enim si, quid sibi velint, pensiculate contemplerur, sufficiunt vel soli ad sultitiam pellendam, et veram sapientiam homini comparandam. Nam si illa demum vera sapientia est, quæ omnes suas actiones ad finem suum ita dirigit, ubi ab eo non dissentiant: profecto mortis memoria, cujus admonent nos cineres illi,

III. — *Dispositiones para recibir la ceniza.* — Es preciso recibirla en primer lugar con fé. La imposición de la ceniza no es una cere-

quæque nos ad beatum vitæ finem præparat, veram continebit sapientiam. Quamobrem Plato ille philosophiam nihil aliud quam mortis meditationem esse voluit. Denique, Jeremiam Deus cœlestem sapientiam docturus remisit ad domum figuli, Jerem. xviii: *Descende in domum figuli*, inquit, *et ibi audies verba mea*. Vidit ergo propheta vas e luto fieri et mox iterum dissipari; indeque intellexit conditionem generis humani, cujus parens Adam ab Adama, hoc est, terra rubra dictus et factus est, in eadem resolvendus. Hoc sapientissimum est gymnasium ubi non dialecticis sophismatibus, sed evidentissimis demonstrationibus veram discere sapientiam possumus. Cinis inquam est cœmeterium, quo nos hodie remittit Ecclesia, dum capita fidelium cinere conspergit, ut rationis, quæ in capite residet, intelligentia disquiramus, quid sibi hic cinis velit, quod nunc exponemus. I. Admonet nos originis nostræ ac villitatis propriæ, quasi dicat nobis: Momento homo qui et unde sis? E pulvere et terra. Scrutantur multi veterum annales, ut majores suos avos, abavos, atavos investigent, eorumque stemmata, insignia et nobilitatem probent; perquirunt etiam arces, sepulcrorum epigraphas, defunctorum clypeos, etc. sed parum aut nihil inveniunt. Nam ibi majores suos, quales olim tantum fuerint, non quales nunc sunt, deprehendunt. Annales, genealogiæ, aliaque monumenta instar speculorum concavorum sunt, quæ res objectas, inversim repræsentant, quod supra est, infra; quod infra est, supra ponunt. Ita enim illa progenitorum quidem gloriam, opes dignitates, titulos, officia, quæ jam infra terram in pulvurem conversa sunt, jactant et ostentant, quasi adhuc supersint: cinerem vero illorum, qui adhuc superest, infra terram ponunt, tegunt, obliviscuntur. Sepulcra specula plana sunt, quæ rem ut est, majores quales revera sunt repræsentant. Unde si vis videre originem stemmatis tui, aperi sepulturam: ibi enim primam materiam, ex qua formati omnes, pulverem reperies... — II. Admonet nos fragilitatis nostræ. Quid enim cinis nisi reliquiæ incendii: et quid vita nostra, nisi incendium quoddam, in quo calor naturalis quotidie, imo omni momento depascit humidum, ut vocant, radicale, corpori insitum, adeoque corpus quoque ob pugnam contrariarum qualitatum, quæ in dies frangunt et paulatim corrumpunt hominem, quo modo

monia puramente simbolica. Es lo que la teología llama un sacramento ; es decir, una señal sagrada destinada á comunicarnos

ignis, lignum aut oleum in lampade? Hinc non absurde quidam dixit hominem esse quid compositum ex ligno et igne. Id enim confirmat Sapiens, Sap. II, in persona impiorum loquens: *Fumus flatus est in maribus nostris: et sermo scintilla ad commovendum cor nostrum, qua extincta cinis erit corpus nostrum*, etc... — III. Hortatur ad penitentiam, de qua dixit Dominus, Lucae XIII: *Nisi penitentiam egeritis, omnes similiter peribitis*... — Plinio auctore, I. XVII. cap. 9. et I. XVIII. c. 47. cinis utilissimus est arboribus, radicibus earum aggestus; nam et noxias herbas absumit et radices fovet atque impinguat, et vermes enecat fugatque. Hinc Siciliae agri Aetnae adjacentes, ob crebram cinerum ejectionem feracissimi dicuntur. Idem efficit cinis sacer in cordibus nostris, si debito modo excipiatur. Quomodo enim non absumet appetitum voluptatum, opum, honorum, quae sunt tres peccatorum radices, si serio attendas brevi te cinerem futurum? Quomodo non elides omnes mundi, carnis, daemonis insidias et illecebras, si te cinerem cogites, eras forte moriturum? Quomodo non honorum operum exercitio impinguabis animam tuam, si consideres propinquam mortem, post quam nemo potest operari? Quomodo non detestaberis et negabis quodammodo scelera tua, quae te mortis et perpetuae quidem reum fecerunt. — IV. Hortatur ad peccatorum fugam, ne in posterum scilicet peccemus. Habet enim mors etiam cogitata nescio quid horroris ad continendum animam intra honestatis limites. Quotidiana etiam experientia docet, quod in illis aedibus, in quibus defunctus jacet, cessent gaudia, chorae, clamores; omnia silent et pavent; cibus non sapit, somnus fugit voluptas exulat. Unde hoc, nisi quia mors praec oculis cernitur? Hinc Deut. xxxiv. sepelivit Deus Moysen in valle Moab contra Phogor, ubi fornicati sunt Hebraei, Num. xxv. ut memoria mortis esset illis remedium fornicationis..... Cogitemus id quod S. Bernard. serm. in illud Job. In sex tribulat. scribit: « Quis ille pudor erit, o anima mea, cum dissimilis omnibus, quorum est tibi jucunda praesentia et gratus aspectus cohabitatio ipsa tam familiaris, sola ingrediens incognitam penitus regionem, occurrentia tibi catervatim ruere teterrima illa monstra videbis? Quis in die tantae necessitatis occurret? Quis tuebitur a rugientibus praeparatis ad escam? Quis consolabitur? Quis deducet? Filioli mei, memoremur

la gracia divina, cómo los mismos sacramentos, aunque de una manera diferente. Encontramos, en efecto, en esta ceremonia, desde luego la institucion de la Iglesia, á quién solamente pertenece, en virtud de los poderes que le fueron dados al principio por Nuestro Señor, de comunicar á cosas materiales ó á actos externos el caracter de signos sensibles de la gracia, y de conferirles la virtud de producir efectos sobrenaturales. Encontramos, en segundo lugar, en esta ceremonia, para hacer de ella un sacramento, una materia aparte, que consiste en la ceniza bendita<sup>1</sup>. La imposicion misma

haec novissima nostra, ne peccemus. » — V. Hortatur nos ad contemptum rerum terrenarum. Vere enim S. Hieronymus ait: « Facile contemnit omnia, qui se quotidie cogitat moriturum... » Quid enim concupiscentia appetet, si consideres te crastina die omnia dimissurum iis, qui nullas tibi gratias referent, tu interim fortasse arsurus in inferno? Quomodo voluptates, opes, honores concupisces, si attendas te ex his in articulo mortis nihil esse messurum praeter laborem et dolorem, lacrymas et conscientiae remorsus? Quid e rebus saeculi desiderabis, si perpendas omnia in eo relinquenda et te nudum praesentandum coram Dei tribunali (FABER, *Op. conc. Fer. 4. cinerum. Conc. 5*).

1. Esta ceniza debe ser hecha de los ramos benditos el año anterior para la procesion del domingo que precede á la fiesta de Pascua. La rubrica del Misal está muy terminante. Los ramos llevados en la procesion nos recuerdan dos cosas que deben servir para nuestra instruccion: la entrada triunfal de Nuestro Señor en Jerusalem, en medio de las aclamaciones del pueblo, y la Pasion que siguió y durante la cuál el Salvador tuvo que sufrir la griteria de la multitud; las palmas y las ramas de olivos fueron remplazadas por las vergas de los azotes, la gloria del triunfo por el escarnio, las bendiciones y los aplausos por las salivas. Los ramos benditos reducidos á ceniza nos recuerdan este cambio subito y la vanidad de todos los bienes y de todos los honores de este mundo, y esta ceniza conviene particularmente para recordarnos, cuando nos es impuesta, que nosotros pasamos cómo todas las demás cosas, y que no hay nada real y estable más que lo que está más allá de la tumba, en donde nuestro cuerpo será á su vez ceniza y polvo. — No es indiferente observar ó descuidar en este punto la rubrica. Si se

de esta ceniza constituye la materia proxima de este sacramento. La formula está enteramente contenida en estas palabras pronunciadas por el sacerdote, y que fueron dichas por Dios á Adán despues de su pecado: Acuérdate, hombre, que eres polvo, y en polvo te has de volver<sup>1</sup>. Por ultimo, el sacerdote es el ministro ordinario y necesario<sup>2</sup>.

Y de este hecho que la ceremonia de la ceniza es un sacramento, véd con que espíritu de fé es preciso recibirla. Porque sí se la recibiera sín fé, es évidente que seria sin provecho por la falta de buenas disposiciones de los que las reciben. Y no solamente se la recibiria sín provecho, sinó que seria un verdadero detrimento para el alma, puesto que se pecaria más ó menos gravemente contra la fé, sea dudando de la eficacia del sacramento, sea dudando del poder ó de la sabiduria de la Iglesia que lo há instituido. Creámos formalmente que la ceremonia de la ceniza, por la virtud de su institucion, es un remedio á la vez para el cuerpo y para el alma. Relativamente al cuerpo, la ceremonia de la ceniza puede conser-

estuviéra desprovisto de ramos benditos, se podria servir de ceniza hecha de madera comun, sin que lo esencial de la ceremonia faltase; pero perderia una de sus significaciones espirituales y misticas, cuya importancia se debe comprender y cuya inteligencia es muy propia para hacernos entrar en los sentimientos y disposiciones que pide es rito sagrado. (Ecalte, ap. á *la Semana del Clero*, tomo 3, pag. 426.)

1. Genes. III, 19.

2. Regularmente, las bendiciones son atribuidas al orden sacerdotal. Lo que, además de esta regla general, prueba que el sacerdote es el solo ministro de este sacramento, que la bendicion y la imposicion de la ceniza están reservadas al que celebra la misa, y aun, fuera de la ceremonia publica, un ministro inferior no podria remplazar al sacerdote para esta funcion. Esto se entiende sin embargo de una imposicion hecha en nombre de la Iglesia; porque hay costumbres con la ceniza, por ejemplo, cómo con el agua bendita. Solo el sacerdote puede bendecir el agua y hacer la aspercion solemne antes de la misa del domingo, pero cada fiél la usa particularmente. (Ecalte. loc. cit.)

varle ó devolverle la salud. Y en cuánto al alma, esta misma ceremonia posee la virtud de purificarla de sus pecados veniales, y perdonarnos, por lo menos en parte, la pena temporal de la cuál somos deudores á Dios. Toda esta doctrina resulta de las oraciones pronunciadas por el ministro de la Iglesia sobre la ceniza, oraciones que no pueden permanecer inéficaces. Luego, lo repito, para recibir bien la ceniza, es preciso hacerlo con fé.

En segundo lugar, es necesario recibirla con profundo respeto. Nada más évidente, despues de lo que acabamos de decir. Si un príncipe ó un rey nos otorgára el favor de darnos algun presente, nadie duda que lo recibiriamos con grandisimo respeto. Sin embargo, por precioso que fué, cuán inferior seria al que recibimos con la ceniza bendita, y que nos está acordado por Dios mismo! Porque siendo la ceniza bendita un sacramental, qué recibimos cuándo se nos impone, sino la gracia, es decir un dón que excede á todos, y el mayor que Dios pueda hacer á sus criaturas? Lo diré? este dón aventaja al mismo de la maternidad divina, que no há sido sin embargo concedido más que á la Santisima Virgen. Y bien seguro no soy yo quién os enseña esta doctrina sorprendente, es Nuestro Señor mismo, cuándo há dicho que áquel es más dicho, que há recibido el dón de réalizar la voluntad de Dios, cómo no lo seria la persona que hubiéra recibido solamente el dón de ser su madre<sup>1</sup>. Y el que recibe la ceniza, recibe precisamente el dón de réalizar la voluntad de Dios, puesto que recibe la gracia, y es por medio de ella que cumplimos esta voluntad santa. Pues bien, qué se sigue de ahí? Siguese que deberiamos recibir la ceniza con más respeto aun que la Santisima Virgen puso en la recepcion de su maternidad divina. Siguese que debemos recibirla, con tanto respeto cómo recibimos los sacramentos. Siguese, por ultimo, que debemos recibirla con tanto respeto cómo recibiriamos la sangre sacratisima de nuestro Señor, puesto que la gracia que esta ceniza nos comunica es el precio de la sangre divina. Mantengamosnos en estos pensamientos,

1. Luc. XI, 28.

alimentemos con ellos nuestro espíritu, y nuestro respeto, al recibir la ceniza bendita, no podrá ser más que muy profundo, cómo nos está mandado.

*Conclusion.* — Hé ahí, cristianos, lo que tenia que deciros sobre la historia de la ceremonia de la ceniza, sobre los efectos que debe producir en nosotros y sobre las disposiciones con las cuáles debemos recibirla. La historia de esta ceremonia nos la muestra muy venerable por su antigüedad. Los efectos que está destinada á producir en nosotros, que son predicarnos la penitencia y recordarnos el pensamiento de la muerte, son de todos los medios los más propios para hacernos huir del mal y practicar el bien. Por ultimo, las disposiciones para recibirla fructuosamente, á saber, el espíritu de fé y el respeto, no tienen nada de más justo y facil. Asi todo concurre á hacernos esta ceremonia preciosa, digna de estimacion y á tomarla piadosamente. Restanos ahora obrar en consecuencia con lo que acabamos de enseñar y siguiendo nuestras luces. Aproximémosnos todos<sup>1</sup> á este santuario, así cómo han hecho nuestros

1. Convocat hodie mater Ecclesia filios suos, ut eorum capita cinere conspergat. Sed quid est auditores, quod non omnes vocem matris audiant, et cineres accipiant? Numquid non vocantur omnes? Nonne Ecclesia ait: *Memento homo?* Si diceret: *Memento pauper, memento Petre, memento Paule, videretur sane non omnes, sed aliquos tantum vocare.* Verum ait: *Memento homo, ergo omnes vocat, quia nimirum omnes isto cinere, seu mortis inculcatione indigere novit.* Quod nunc ostendemus, — I. Cinere indigent reges et reginæ. Inter reges occurrit rex Ninivitarum, sedens in cinere, Jon. iii. inter reginas Esther regina, quæ apersit cinere caput, Esth. iv. Sed cur isti? Ut sciant se esse filios Adæ, adeoque mortales, ex eadem argilla factos, ex qua infimi; sciant se Dei gratia constitutos reges, uti et scribere sonelt, unde Tertullianus in apolog. *Inde est imperator, ait, unde et homo antequam imperator...* — II. Prælati et superiores. His enim dicitur, Jer. xxv: *Ululate pastores et clamate, et aspergite vos cinere optimates gregis.* Indigent hi legislatores alio legislatore, qui eis imperet; hic autem est solus cinis, juxta id Psalm. ix: *Constitue, Domine, legislatorem super eos, (Chald. incute eis terrorem) ut sciant gentes, quoniam homines sunt.* Quia enim judices vocan-

padres desde hace tantos siglos; recibiendo con fé y respeto la ceniza bendita, cómo un símbolo de la penitencia que debemos hacer

tur in sacris litteris dii, hi sunt quasi dii quidam terrestres, hinc facile obliviscuntur se homines esse, putantque sibi omnia in omnes licere... — III. Divites, quales erant illi mercatores, Tyrum versus navigantes, de quibus Ezech. c. xxvii: *Superjacent pulverem capitibus suis, et cinere conspergentur.* Oleum incendiarium non nisi jacti pulveris extinguitur: sic cupiditas divitiarum non sopitur efficacius, quam mortis memoria. Hoc modo Constantinus Magnus avaritiam cujusdam e suis divitibus extinguere conatus est, designando virga spatium sepulcri ejus, ac dicendo: « Quousque tandem inexplabilem hanc avaritiam cumulamus? Omnes vitæ divitias et totius orbis opes si haberes, tamen plus hoc a me circumscripto loculo non possidebis, et si illud fortasse possederis? » Eusebius, in vita Constantini, lib. IV. cap. xxix et xxx. — IV. Pauperes e quorum numero Job Jam omnibus rebus exutus, cap. xvi. ait: *Operui cinere carnem meam.* Ad quid? Primo, ad consolationem suam, quod cinis suis miseris finem esset daturus... Secundo, ut ostenderet se miserias et plagas suas non gravate ferre; quas addito cilicio et cinere sponte exasperaret, et quasi condimento magis acerbas redderet. — V. Senes, tales erant illi, de quibus dicitur Threnorum ii: *Conticuerunt senes filix Sion, consperserunt cinere capita sua.* Ratio est, quia uti cinis calidus conservat ignem, ita frigidus extinguit. Latet autem in senicis adhuc, et servatus ignis quasi sub dolosis cineribus sepultus, non tamen sopitus: estque ebriositas et avaritia... Quando igitur et in senibus reperitur adhuc ignis vorax, qui eorum animas pessimo incendio depascit: laborandum etiam ipsis, omni quo possunt conatu ut ignem hunc extinguant. Serviet eis ad hoc frigidus iste cinis, quem hodie Ecclesia inspergit filiis suis, nimirum in hujus susceptione meminerint, quam cineri et sepulcro sint propinquii... — VI. Juvenes, uti Daniel adolescens, qui ait, Dan. ix: *Posui faciem meam ad Dominum meum rogare et deprecari in jejunio, sacco et cinere.* Quia et ipsi, quasi a morte longue remoti, mortem minime cogitant, interim tamen incaute sæpissime incurrunt, cum minime expectant... « Omnis enim caro fœnum (inquit S. Augustinus, serm. cclvi, cit. ad juvenes habito) et claritas hominis ut flores fœni. Quid ergo facietis, cum fœnum aruerit? Flos deciderit? Verbum autem Domini, quod manet in æternum; cineres vestros non facile inventurum putetis, quod

y cómo un signo de la nada de todas las cosas de este mundo, será el conducto por dónde Dios nos comunicará la gracia para pasar santamente esta Cuaresma desde luego, y despues el resto de nuestra vida. Asi séa.

nunc superba ætatis viriditate contemnit. 1 — VII. Mulieres : vidua, uti Judith, cap. ix, quæ *Posuit cinerem super caput suum* : virgines, ut Thr, II : *Consperserunt cinere capita sua virgines Jerusalem*. Nihil frequentius mulieribus, quam in speculo se intueri. Ecce speculum sincerissimum, quod ita adamussim eas representat, quales revera sunt : cinis inquam et esca vermium. Videant ergo quibusnam amasiis sese adornent : vermibus nimirum, hi enim illas expectant in sepulcro non tam deosculandas quam devorandas. — VIII. Cives, uti Bethulienses, qui videntes contra se venire hostium multitudinem duce Holopherne, Judith. VII : *Prostraverunt se coram Domino, mittentes cinerem super capita sua*, et hoc medio impetrarunt a Deo civitatis suæ salutem, hosti vero interitum. Venit subinde Deus cum exercitibus suis contra civitates ad puniendum illas, propter eorum peccata ; uti Dominus indicat in parabola nuptiarum, ad quas vocati aliqui tenuerunt servos regis, et contumellis affectos occiderunt : *Rex enim iratus, missis exercitibus suis perdidit homicidas illos, et civitatem illorum succendit*. Regis exercitus dici possunt dæmonis incursus, contra hos optime nos armamus, prosternendo nos humiliter coram Deo, et cinerem mortis ac fragilitatis nostræ præ oculis habendo, eosque humiliando. (FABER, *Op. conc. Fer.*, 4. cinerum, conc. 4. auct.).

---

 PARA EL VIERNES SANTO

## INSTRUCCION UNICA

## Sobre la Pasion de N. S. Jesucristo

- I. — Su agonía en el jardin de los Olivos y su aceptación del sacrificio. —  
 II. Su detencion y su condena. — III. Su crucifixion y su muerte.

En este dia de luto para toda la familia cristiana, que há perdido á su Padre y á su Dios ; en derredor de esta tumba mística, en dónde descansa el cuerpo sagrado de Nuestro Señor Jesucristo, no hay más que un asunto que pueda ocupar nuestros pensamientos : el de los sufrimiento y de la muerte de este buen Maestro. Aunque hubiésemos sido extraños á estos sufrimientos y á esta muerte, no podríamos permanecer insensibles. Pero, si consideramos que estos sufrimientos y esta muerte es por nosotros mismos que han sido padecidos, es decir, para rescatarnos de la muerte éterna ; si consideramos que, por nuestras faltas y nuestros pecados personales, hémos añadido á su crueldad y los hémos hecho más horribles, con qué profunda compuncion no debemos, en este dia que nos lo recuerda, meditar las circunstancias más importantes ! Es lo que vámos hacer, cristianos, dividiendo para mayor claridad, toda la Pasion de Nuestro Señor en tres fases, de las cuáles la primera comprenderá su agonía en el jardin de los Olivos, la segunda su detencion y condena, y la tercera su crucifixion y su muerte <sup>1</sup>.

1. Duodecim fasciculi cruciatuum Passionis dominica : I. Valedictum Matri. — II. Venditio : 1. Ipsa in se. 2. Pretium. 3. Persona vendita. 4. Venditur. 5. Emptores. — III. Mœstitia in horto. Ejus signum : 1. Confessio tristitiæ. 2. Pavor et avulsio, ac reversio. 3. Lamentabilis oratio. 4. Angeli confortatio. 5. Sudor sanguineus. — IV. Desertio omnimodo : 1. Ab omnibus discipulus. 2. A negante Petro. 3. A suspensio. Juda. 4. A